



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude


August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 1. Innocentii obitus. Cœlestinus II. Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

S. THOMAS CANTUARIENSIS.



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LXIX.

INNOCENTIUS II. PAPA.

CONRADUS III. IMPERAT. OCC. JOANNES
COMMENUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

Innocentii obitus. Cœlestinus II.

Papa.

Cum Innocentius Papa jam diu
cives Tiburtinos excommuni-
casset, eorumque urbem obside-
ret, eos tandem ad ditionem, æquis

Sæcul. XII.
A.C. 1143.

Otto Frising.

Hist. Eccles. Tom. XVII.

A con-

Chr. c. 27.

Sæcul. XII. conditionibus faciendam, compulit. Sed
A.C. 1143. obstrepebant Romani, memores accep-
tæ cladis, quam obfessi anno superiore
e propugnaculis erumpentes intulerant.
Ergo jubentibus quam rogantibus pro-
piores clamabant; neutquam aliis con-
ditionibus Papa Tiburtinus ignosceret,
quam si mœnibus suis dirutis omnes ex
illa provincia in exilium migrarent, &
furiose indignantes, quod Papa viatos
humane habuisset; seditionem commo-
vent, ad Capitolium concurrunt, Sena-
tum jam diu abrogatum restituunt, an-
tiquam Romanæ Gentis potestatem &
splendorem reducunt, bellum denique
cum Tiburtinus restaurant. Papa ut
poterat rebellibus resistebat, hos minis
terrere, alios muneribus sibi conciliare
conatus, satis enim intelligebat, Eccle-
siam his turbis periculo exponi, ne ali-
quando auctoritate & Dominio sacerdotali
privaretur, quod a Constantino acce-
ptum hucusque conservasset. Saltem
hæc erat illa ætate vulgaris opinio. Sed
ecce, cum populi, viribus superioris,
insolentiam compescere non posset, mor-
bo correptus e vita discessit, vigesima
quarta Septembris, anno millesimo cen-
tesimo quadragesimo tertio, cum in Ca-
thedra S. Petri sedisset annos tredecim,
& menses septem, quo tempore, diversis
ordinationibus creavit Diaconos octode-
cim,

cim, Presbyteros viginti , Episcopos se- Sæcul. XII.
 ptuaginta duos. Sepultus est ad S. Joan- A.C. 1143.
 nem in Laterano , ejusque ossa deinde, ^{Papebr. con.}
 opera Petri, Episcopi Albanensis, fratris
 sui, ad Ecclesiam S. Mariæ trans Tiberim,
 quam defunctus Papa reparare cœperat,
 translata.

In ejusdem Ecclesiæ sanctuario ho-
 diedum visuntur effigies , opere musivo
 elaboratae, Innocentii II. Callisti I. a quo
 hæc Ecclesia olim nomen acceperat, Ju-
 lii Papæ, cuius etiam nomen , postquam
 eam e ruinis eduxisset, gessit, Sancti Cor-
 nelii Papæ, & S. Calepodii Presbyteri,
 quorum corpora ibi quiescunt.

Legimus in Cardinale Baronio jura- Ap. Baron.
 mentum, quod Advocati a Papa consti- an. 1143.
 tuti præstabant ; unde discimus, Judi-
 ces & Advocatos Romæ fuisse, annum
 censum recipientes, qui officia sua gra-
 tis exhibere tenebantur (*). Ceterum

A 2 Sacra

(*) Hujus juramenti initium erat : *In No-
 mine Domini, Amen. Ego Advocatus juro . . .*
 & in fine : *Hæc omnia obseruabo bona fide si-
 ne fraude & malo ingenio, quamdiu Papa In-
 nocentius vel successores sui censum, centum li-
 bras valentem denariorum Papalium nobis Ad-
 vocatis & Judicibus annis singulis solvere per-
 severabunt.*

Hic primo occurrit, cuiquam in Curia Ro-
 mana

Sæcul. XII. **A.C. 1143.** Sacra Sedes non plus una die vacavit; nam die Dominica, vigesima sexta Septembris, anno millesimo centesimo quadragesimo tertio, Papa electus est Guido de Castello, gente Hetruscus, Cardinalis Presbyter, titulo S. Marci, qui Cœlestinus II. dictus, Sacram Sedem haud plus quinque mensibus tenuit.

§. II.

Joannis Comneni obitus. Manuel Imperator.

Nicot. p. 27. **31.** **E**odem anno, sed sex ante menses, Joannes Comnenus Imperator mortali-

Cinnamm. **lib. I. 13. 15.** **tatem exuerat, Antiochia Latinos pelle-**
re frustra aggressus. Inde per Ciliciam
reversus est, ubi tempore hyemali in
venatu sagittam in aprum dirigens, ejus
cuspide veneno imbuta manum perstrin-
xit. Grassante paulatim veneno negle-
ctum vulnus immedicabile factum est,
cum pati nollet, ut sibi brachium infe-
ctum a reliquo corpore medici avelle-
rent. Ergo sentiens se moriturum, Ma-
nuelem ex duobus filiis, qui ipsi supere-
rant, natu minorem, sed Regno aptio-
rem, successorem suum designavit.
Communionem accepit in Festo Paschæ
die

mana salarium seu stipendium annum a Summo
Pontifice suis collatum.

Card. Baron. ad hunc annum.